

CAPVT V.

QVAE PRAECIPVE SCRIBENDA SINT.

I. *Aliena esse transferenda, ut A.) vertantur Graeca in Latinum; B.) etiam Latina convertantur et variantur. II. Et nostra pluribus modis tractanda. Simplicissimam quamque materiam plurimum prodesse. In hoc optime facere infinitas quaestiones (θεσεις), locos communes, declamationes; eandem ob causam historiam, dialogos, carmina esse conscribenda. Hic tamen cavendum, ne diutius et nimium in falsa rerum imagine detineatur adolescens; immo in veris causis exercendum. Etiam in declamationibus quam proxime ad veritatem accedendum esse.*

I. **P**roximum est, ut dicamus *quae praecipue scribenda sint.* Hoc exuberantis sit quidem operis, ut explicemus, 1

§. 1. Inscriptionem repudiavit Spald. exemplum hoc in genere secutus Codd. Turic. Flor. et edit. Camp. Soli eam exhibent Guelf. et Goth. — *scribenda sint.* In Coniunctivo modo tuendo, quem exseruit Spald. praeeunt. priorr. nulla Codd. optimorum auctoritate adiuvamur, quum Tur. Flor. Guelf. Goth. editt. Camp. et Iens. cum posterr. ante Bad. constanter servant: *sunt*: id quod nuper revocarunt Frotsch. Gernh. Sed nobis tum quod scriptori erat propositum, scil. *institutionis* notio et conditio, quae spectat futurum, tum verbi *dicere*, cui adfines est quod statim infra sequitur *agere*, propria significatio, et universa loci ac sententiae ratio persuasit, ut Coniunctivum etiam obnitentibus Codd. retineamus. Adde quod illud *quae* haud dubie Pronominis est substantivi, non relativi quod vulgo nominatur; at illius notionem indefiniti quid continere, tritum est. — *hoc.* In Tur. et Paris. 1. legitur: *haec*; idem praebent editt. Iens. Tarv. unde haud infrequenti librarium visu ac mente vacillantium stupore in Paris. 2. *nec.* Exempla congesta reperies Drakenb. ad Liv. 32, 21, 7. Similiter commutabantur *hunc* et *nunc.* Sed, ut sensum meum aperiam, magis mihi placet: *hic*, vel etiam: *in quo.* — *exuberantis quidem est operis.* Ex vexatissimis locus, quem ad exemplum cl. Spaldingii et priorr. reddere satius duximus, quam ex turbidis Codicum fontibus laborantem relicere. Varias enim Codd. exhibent scripturas: *experantibus id.* Tur. *ex imperantibus id.* Flor. cum Paris. 1. 6. Guelf. Voss. 1. 3. (et quod proxime accedit: *imparantibus.* Ambros. 2.) sed in his tribus *omisso*: *id*, quod est in Goth. Neque illud: *qui-*

quae prima aut secunda aut deinceps tractanda sint: nam id factum est etiam primo libro, quo puerorum, et secundo, quo robustiorum studiis ordinem dedimus: sed de quo nunc agitur, unde copia ac facilitas maxime veniat.

2 A.) Vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicabant. Id se L. Crassus in illis Ci-

dem operis diserte ac plene perhibent Codd. nam in Tur. datur: *qua idem oporis*; in Flor. *qua id operis*. Unde aliis alia coniciendi copia facta est: num legendum sit *laboris*, quaerebat Spald. cui ut conveniens sit *exuberans* vehementer vereor. Frotschero praestare videbatur: *sit quidem operis*; id quod antea Spalding. proposuerat. Equidem ego, si in tanta animorum fluctuatione coniciendi locus relictus est, excusari posse putarim: *Hic exuberantis id quidem operis*; nam eo adduci ne summorum quidem virorum iudicio possum, ut illum Coniunctivi usum a nostro loco non abhorere censeam: est enim oratio non tam sibi diffidentis et cum modestia enunciantis, quam firmiter asseverantis. Certe, si alia ratio ineunda est, malim: *esset. — quae sint materiae*. Etiam hic discrepant nonn. Codd. et editt. vett. Camp. Iens. Tarv. in quibus datur: *sunt*; quod non displicuit Frotsch. Acquiescendum esse puto in vulgat. — *et secundo*. Flor. inserit: *in. — quo robustiorum*. Ita Turic. Contra *robustorum*. Flor. Alm. acc. nunc Paris. 1. 2. 6. Libri editi omnes: *quo iam robustorum*. Credo illud *iam*, quod est in Guelf. ex antecedenti *etiam* huc esse transpositum; nam in eo non haerendum esse puto, quod *comparativus* hoc loco cum *positivo* coniunctus vel huic oppositus legitur, si quidem pueri h. l. intelliguntur *infirmiores*. Deinde si quis ponere malit, *interpretis* cuiusdam esse illud *iam robustorum*, equidem ego de gloriola hominis detrahere nolo; utpote qui, si qua unquam, verum viderit: quamquam non celaverim, accuratius dictum fore: *iam corroboratis viribus*, quo significantis temporalis particulae *iam* exprimeretur potestas. Similis aetatum significatio apud Tacit. Ann. 1, 3. extr. *iuniores — senes. — sed, de quo agitur*. Nemo non hic *anacoluthi* speciem agnoscet, ex ipsa parenthesi Quinctiliano haud dubie in scio, exortam, cuius generis centum amplius exempla suppeditat oratorum summus Cicero, praesertim ubi enunciationes explicativae interseruntur. Cfr. Goerenz. ad Fin 1, 12, 40. — *facilitas*. Ex vulgari scribarum errore in paucis Codd. Tur. a sec. m. Goth. et in editt. Camp. Basil. *facultas*; cfr. supra III, 10. — Ceterum alii aliter locum tentarunt: quorum sententias vel coniecturas satis sit enumerasse. Scilicet Gesn. substitui volebat *hoc pro quo*, quod est in contextis; Genslero probabile videbatur *iam pro nam*; Hermannus cfr. Frotsch. ad h. l. edit. maj. p. 166. verba: *sed etc.* cum sequenti enunciatione: *vertere — iudicabant* — connectenda esse suadebat. Cui si quis adsentiat, ei certe legendum erit *venit*, pro *veniat*.

§. 2. *iudicabant*. Ex Tur. Flor. et Alm. Frotscherus nuper revocavit: *iudicabant*. Sed cfr. vers. Germ. p. 175. 76. — *id Cicero*. Ne mirentur tirones. in Camp. exseri: *idcirco*. — *id Messalae*. Apud Obr. *idem*. al. *Marco id M.* Ita Iens. et editt. ante Basil. exc. Camp. Verum notum est literam *M.* ubi est *praeno-*

ceronis
ipse per
Platonis
Id Mess
hunc m
pro Phi
Et man
rerum e
in eloqu
uti opti
vero, q
excogit
a Grae
B.
contule
bitare:
Sulpici

minis si
initiali
Drakenl

§. 4
Graeci e
dedecora
aliquant
apud Rh
§. 396.
dorf ad
illa in m
ex usu e
aequale
cabuloru
utrum g
Ita Codd
Burm. G
ne reliq
Amb. 2.
om. et.
ex perve
altiore e
quod si
dam. —
confusio
glossato
prospicie
Nostrum

ceronis de oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissime praecipit: quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos. Id Messalae placuit, multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet. Et manifesta est exercitationis huiusce ratio. Nam et rerum copia Graeci auctores abundant et plurimum artis in eloquentiam intulerunt: et hos transferentibus verbis uti optimis licet: omnibus enim utimur nostris. Figuras vero, quibus maxime ornatur oratio, multas ac varias excogitandi etiam necessitas quaedam est, quia plerumque a Graecis Romana dissentiant.

B.) Sed et illa ex Latinis conversio multum et ipsa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare: quo solo genere exercitationis dicitur usus esse Sulpicius. Nam et sublimis spiritus attollere orationem

minis signum, tum ex praecedentis vocis litera finali, tum ex initiali sequentis in contexta irrepsisse. Exemplo erit locus a Drakenb. ad Liv. VI, 16, 4. exagitatus.

§. 4. *sed et illa ex Latinis conversio.* Quid ex hac structura Graeci eluceat coloris, sentient vel iuniores; quid in affectati nec dedecorantis, animadvertent aliis locis comparatis, quorum natura aliquanto diversa est; veluti Tacit. Ann. 1, 3. Germanicum octo apud Rhenum legionibus imposuit. Cfr. Matth. Grammat. gr. maj. §. 396. Stallbaum ad Phileb. p. 30. ad Euthyphr. p. 101. Heindorf ad Cratyl. §. 85. et vers. Germ. p. 176. Not. 104. Pro *et illa* in multis editt. *etiam* ill. lens. et posterr. ante Basil. cum Goth. ex usu consueto. At quantum differat *et* ab *etiam*, cui a plerisque aequale habetur, accuratius definire posse vix videor, quam vocabulorum nostrorum distinctione: *selbst* et *sogar*. Quorum utrum gravius sit leviusve neminem fugit. — *non praesumunt.* Ita Codd. Tur Flor. acc. nunc Paris. 2. a pr. m. et editt. Basil. Burm. Gesn. et Bip. Alii vel *nec* Obr. solus, vel *et*: in qua lectione reliqui codd. et MSS. sibi constant, acc. nuper Paris. 1. 6. Amb. 2. et editt. ante Locat. Posterr. simpliciter: *praesumunt*, om. *et*. Sed quod est in Campan. *praesumit*, id prodiisse censeo ex perversa loci interpretatione, nimirum si quis de ipso spiritu altiore cogitaverit, ad quem haec ita enunciata referenda sint; quod si erat, tunc plenius ante *non praesumit* erat interpungendum. — Pro *eadem* in omnibus paene codd. datur: *eandem*: nempe confusionem exortam putes uti sexcentis aliis locis, ab importuno glossatoris studio congruentiae proximorum vocabulorum externae prospicientis. — *effusa*. Vulgo praemittunt: *et*. Obr. Gesn. c. priorr. Nostrum Spald. ex opt. Codd. et Camp.

potest: et verba poetica libertate audaciora non praesumunt eadem proprie dicendi facultatem. Sed et ipsis sententiis adiicere licet oratorium robur et ommissa 5 re, effusa substringere. Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque aemulationem. Ideoque ab illis dissentio, qui vertere orationes Latinas vetant, quia optimis occupatis quidquid aliter dixerimus necesse sit esse deterius. Nam neque semper est desperandum aliquid illis, quae dicta sunt, melius posse reperiri: neque adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici 6 nisi semel non possit. Nisi forte histrionum multa circa voces easdem variare gestus potest, orandi minor vis, ut dicatur aliquid, post quod in eadem materia nihil dicendum sit. Sed esto, neque melius quod invenimus esse 7 neque par: est certe proximus locus. An vero ipsi non

§. 5. *paraphrasim*. Al. *periphr.* Iens. Tarv. proxime acc. Camp. Goth. formam Accusat praebet: *phrasim*. Spalding. nostram restituit scripturam ex Tur. Flor. et nonn. editt. vet. Vulgo scribebatur *Graecis litt.* Obr. Gesn. et priorr. — *vetant*. In Camp. *vetent*; sed huic Modo Campan. tanquam potiori saepe addictum reperies. — *neque semper desperand.* Alia apud Obr. leguntur, qui solus haecce exarari voluit: *et semper est sperand.*

§. 6. *nisi forte histrionum multa etc.* Locus in vetustissimis illis Codd. quos potissimum ductores secutus est Spald. Tur. et Flor. veluti deformi notarum illuvie inquinatus. Leguntur enim verba, sed ne sunt quidem, in Tur. *muta circa vetes eadem*; in Flor. *muta c. veteres ead.* Pariter in Guelf. *muta*; in Basil. ad marg. *mutus*. Quam equidem vocem non prorsus spernendam esse credo, ita tamen, ut si Codd. accederet gravior quaedam auctoritas, locum sic refectum vellem: *nisi forte histrionum est mutos circa easd. voces variare gestus, orandi minor vis.* — *post.* In Goth. *praeter*, quod amplexi sunt Iens. et posterr. ad Basil. Habeas non errantis sed interpretantis. — *esse*. Sic optimi Codd. et editt. vetustissimi. Reliqui: *sit*. Obr. Gesn. Adduxit exemplum Spalding. ex Horat. Epp. 1, 1, 81. *esto alios aliis studiis teneri*. Cui quidem loco addere licet similem Sallustii Jug. c. 110. in. *fuert mihi eguisse aliquando amicitiae tuae*. Quamquam neque verborum integritatem neque sententiae qualis perhibetur explicationem veram sponsione defenderem.

§. 7. *An vero ipsi non bis. al. nobis.* Iens. Tarv. (acc. Codd. Paris. 1. 2. 6.) et *an non pro an vero*; atque hoc praeter illos in multis editt. vet. al. pro non praebent nos. Goth. Voss. 2. Ald. et al. Nostrum proxime accedit ad Flor. Guelf. et est in plurimis editt. — *uno genere*. Sic opt. codd. et editt. ante Ald. qui *duntaxat* subiunxit, probante Regio; reliqui inserunt: *tantum*. Obr. Gesn. Quod cur factum sit, causam quaeras in *notione numeralis*

bis ac se
nonnung
possunt
bene di
prioribu
rimaequ
copiae;
recta, il
utilissim
res max
pta lecti
et nece
vel hoc
II.
pluribus

h. l. stric
tum est,
18, l.
nis, vel
quoddam
In nonn.
in iisdem
editt. ve

§. 8.
ante Bac
scatur?
cognoscen
condition
comproba
52. Un
libus non
dum esse
Tur. Flo
elegantia
etiam ho
ribus rec
cui addit
tum erat
Drakenb.
ne modu
28. et q

§. 9
sterr. us
Quinctil.
Supplem
formas d
a vulgat

bis ac saepius de eadem re dicimus et quidem continuas nonnunquam sententias? Nisi forte contendere nobiscum possumus, cum aliis non possumus. Nam si uno genere bene diceretur, fas erat existimari praeclusam nobis a prioribus viam. Nunc vero innumerabiles sunt modi plurimaeque eodem viae ducunt. Sua brevitati gratia, sua 8 copiae; alia translatis virtus, alia propriis; hoc oratio recta, illud figura declinata commendat. Ipse denique utilissima est exercitationi difficultas. Quid, quod auctores maximi sic diligentius cognoscuntur? Non enim scripta lectione secunda transcurrimus; sed tractamus singula et necessario introspicimus et quantum virtutis habeant, vel hoc ipso cognoscimus, quod imitari non possumus.

II. Nec aliena tantum transferre, sed etiam nostra 9 pluribus modis tractare proderit: ut ex industria suma-

h. I. strictiore; etenim et alias saepe tale quid mente adiungendum est, veluti *pauci* i. e. pauci tantummodo. Cfr ad Sall. Cat. 18, 1. Omne enim *numerales* sive definitae sive indefinitae notio- nis, vel simpliciter s. absolute, vel cum conditione, ita ut ad aliud quoddam referatur, cui opponitur, usurpare licet. — *diceretur*. In nonn. priorr. editt. *dicetur* ex Guelf. Goth. et Voss. 3. et post in iisdem fere *erit pro erat*. — *viam*. Addunt nonn. Codd. et editt. vett. *in dicendo*.

§. 8. *Sua*. Iens. dat: *sive* — *sive* et post enim reliquae editt. ante Bad. — *auctores*. Camp. *oratores*. — *Quid? quod* — *cognoscuntur?* Tur. Flor. uterque a prima man. cum Almel. exhibent *cognoscantur*; et hanc lectionem usurpavit Frotsch. Sed in tali conditione Coniunctivum ferri non posse et Ernesti exemplo comprobavit et Goerenz. assensu confirmavit ad Cic. Fin. V, 19, 52. Unde id unum colligere fas est, in aliis quoque locis similibus nonnisi caute et circumspicte *Subiunctivo Modo* adhaerendum esse, etiamsi a bonis libris commendetur. — *hoc ipso*. In Tur. Flor. a pr. man. est: *ipsi*: quod non admissum foret, nisi elegantiae quodam studio acti nescio qui librariorum putassent etiam hoc loco concedendum esse usui illi optimi aevi scriptoribus recepto, quo pronomen *ipse* ut ab alio maxime *personali*, cui additum est, casu differret lege quadam inviolabili sancitum erat. Vide praeter alios Oudend. ad Caes. B. G. II, 25. Drakenb. ad Liv. II, 19, 5. Sed et in illa regula observanda ne modus excedatur cavendum est. Cfr. Goerenz ad Fin. V, 10, 28. et quae nuper scite disputavit Kritz. ad Sall. Cat. 20, 6.

§. 9. *pluribus*. al. *plurimis*. Sic cum Goth. Ienson. et posterr. usque ad Ald. acc. Bad. Confusio haud infrequens. Cfr. Quinctil. II, 13, 15. etiam *plures* et *plurimos* disces permixtos Supplem. Zumpt. p. 123. — *velut eadem cera in aliis aliasque formas duci solet*. Locum ita exserere placuit. paullo diversum a vulgata scriptura; quae habebat: *aliae atque aliae formae* —

mus sententias quasdam easque versemus quam numerosissime, velut eadem cera in alias atque alias formas
 10 duci solet. Plurimum autem parari facultatis existimo ex simplicissima quaque materia. Nam illa multiplici
personarum, causarum, temporum, locorum, dictorum, factorum diversitate facile delitescet infirmitas, tot se
 undique rebus, ex quibus aliquam apprehendas offerenti-
 11 bus. Illud virtutis indicium est, fundere quae natura con-

solent. Nostra lectio et editionis Campan. est, et aliquid fir-
 mamenti accipit tum a Codd. Turic. in quo leguntur: *in alia
 alias quae forma solent a sec. m. solet*; tum a Flor. quod certe in
 eo est: *in alias*; denique ab Alm. ubi datur: *in alia aliasque for-
 mas*. Sunt praeterea alia nonnulla argumenta, quae enumerare
 longum est: vide a nobis adnotata ad vers. p. 179. 80. Saepe
 eadem primi et sexti casus forma librariorum in errorem deduxit;
 cuius rei prae aliis testis est locus Taciti Agric. 10. p. 183. edit.
 Walch.

§. 10. *Nam illa.* Consensus optimor. Codd. praeter Tur.
 Flor. Guelf. nunc etiam Paris. 1. 2. 6. et Amb. 2. quibuscum faci-
 unt editt. Camp. Iens. Tarv. et codd. Voss. 1. 2. paene flagi-
 tare videbatur, quod et ab usu scriptoris non abhorret, ut omit-
 teremus *in*, quod post Obr. Gesn. Spaldingius sua auctoritate
 tutatus est; post eum Frotsch. Geruh. Sed ut illud *in* a prae-
 cedenti litera *m* quemadmodum *alias* ab initiali sequentis ori-
 ginem traxisse haud incredibile est, ita ipse Quinctil. XII, 10, 15.
 nostram structuram adhibuit, dicens: *umbra magni nominis deli-
 tescunt*. Accedit, quod *in magna* — *diversitate* quum alio et paullo
 diverso accipiendum sit sensu, si quidem *in* cum Substantivo
 nomine coniunctum *conditionem* ac *statum* indicat, recte h. l. quaer-
 ritur, utrum magis ex scriptoris sententia et ex re dictum sit.
 Equidem *causam* potius describi debuisse opinor, quam *conditio-
 nem aliquam*, quae non ponitur, sed illa locutione esse asseveratur.
 Ea enim illius structurae singularis et propria vis est, quam ne
 Kritz. quidem, pluribus de eadem re disputans, attigit. Cfr. ad
 Sall. Cat. 2. extr. et similem paene conditionem esse reperis Cic.
 de Senect. §. 5. *maturitate* — *caducum*; al. *in mat.* — *causarum*.
 Restituimus vulgatam scripturam, quod pluribus nominibus sus-
 pecta videbatur altera illa, quam de coniectura Spaldingii in con-
 texta assumsit Frotscherus in edit. min. *rerum*. Tale quid con-
 iiciendi copiam fecerunt Spaldingio Tur. Flor. et Alm. in qui-
 bus nostrum deest. Nonne enim, ut unum memorem, taedium te
 capiat repetitionis qualis est *rerum et tot undique rebus*?

§. 11. *virtutis.* Ita vulgo legitur, quamquam invitis Codd.
 certissimae alioquin fidei Tur. Flor. Guelf. acc. Paris. 1. 6
 Amb. 2. qui omnes exhibent *virtutem*. Cuius immutationis causam
 saepenumero deteges in simili vel antecedentis vel sub-
 sequentis vocabuli terminatione. — *θέρσεις*. al. formis litera-
 rum Latinis: *thesis*: scilicet in vocabulis *graecis* scribendis li-
 brarii propter inscitiam monstrosa fere finxerunt corpora: quo-
 rum exempla proposuit quam plurima Spengel ad Varronem de
 Lingua Lat.

IN
 tracta sum
 tem expos
 In h
 cari & é
 publica e
 confirmati
 decretum
 idem de i
 quos etian
 recta tant
 verit, uti
 abundabi
 generalib
 Cornelius
 an quaer
 gationem
 §. 12.
 effectum a
 de re. Et
 Goth. uti
 tia prorsu
 ipse vide
 Ald. datur
 Burm. ad
 solebant pe
 voces id e;
 ad Liv. 8,
 Ante Obr.
 Gracchus.
 apta sit ora
 ras Codicun
 Palat. serat
 aliquid dub
 quum facile
 quidni statu
 irrepsisse:
 mus, ipsum
 peremus.
 lat. laudatu
 dicere scrip
 §. 13.
 edit. Iens.
 pous est fo
 cedentis, a
 tum habem
 exortum br
 ptum est:

tracta sunt, augere parva, varietatem similibus, voluptatem expositis dare et bene dicere multa de paucis.

In hoc optime facient *infinite quæstiones*, quas vocari *ῥέσεις* diximus, quibus Cicero iam princeps in republica exerceri solebat. His confinis est destructio et confirmatio sententiarum. Nam quum sit sententia decretum quoddam atque praeceptum; quod de re, idem de iudicio rei quaeri potest. Tum *loci communes*, quos etiam scriptos ab oratoribus scimus. Nam qui haec recta tantum et in nullos flexus recedentia copiose tractaverit, utique in illis plures excursus recipientibus magis abundabit eritque in omnes causas paratus. Omnes enim generalibus quæstionibus constant. Nam quid interest, *Cornelius tribunus plebis quod codicem legerit*, reus sit: an quaeramus, *Violeturne maiestas, si magistratus rogationem suam populo ipse recitaverit? Milo Clodium*

§. 12. *destructio*. In Camp. exaratum legitur: *restrictio*, — effectum ad exemplum codd. Tur. Flor. in quibus est: *restructio de re*. Editt. Iens. et posterr. ante Basil. et al. nonn. cum Goth. uti plerumque nuper acc. Paris. 2. exhibent: *reo*, sententia prorsus in aliam conversa. Quod quo iure factum sit, tu ipse videas. — *idem*. Apud Iens. et qui eum amplexi sunt ante Ald. datur: *id est*, ex errore in libris scriptis passim obvio. Cfr. Burm. ad Suet. Oct. 32. Drakenb. ad Liv. 5, 4, 5. Scribere solebant per compendium *idē*, quo discisso enatae sunt duae voces *id ē*; at posteriore nota significabatur *est*. Vid. Drakenb. ad Liv. 8, 4, 5. Gernh. ad Cic. Senect. §. 56. — *paratus*. Ante Obr. legebatur: *gratus*; in Iens. Tarv. mirabile dictu: *Gracchus*. Nostrum est ex emendatione Gebhardi, quae quam apta sit orationi ac sententiae auctoris, apparet. At si scripturas Codicum, quales cernuntur in Tur. *omnis causa scratas*, in Palat. *seratas*, in Flor. *eratas* consideres, nonne et te mecum aliquid dubitationis incessat? Scilicet malim: *armatus*; quod quum facile commutari poterat in *auratus*, et hoc in *aeratus*: quidni statuamus ex hoc latibulo depravatam istam scripturam irrepsisse: *eratas*. Nam si poetam aliquem in manibus haberemus, ipsum illud *aeratus* sensu translato dictum lubenter acciperemus. Cfr. locum Propertii ab editore noviss. Thesauri Ling. lat. laudatum s. v. *aeratus*. Neque enim *arma facundiae, eloquentiae* dicere scriptor noster absurdum duxit. Cfr. II, 16, 10. V, 12, 21.

§. 13. *iudicium: an*. In Guelf. Voss. 3. acc. Amb. 2. et edit. Iens. cum posterr. ante Ald. excidit *an*, approb. Bad. Lapsus est fortasse librarius propter similes ductus literae *m* praecedentis, a qua saepe interceptam esse in particulam comperit habemus. Similem errorem ex acie oculorum languescente exortum brevi post agnosces in eo quod in Tur. et Flor. scriptum est: *non nisi insidietur*.

rectene occiderit, veniat in iudicium: an, Oporteatne insidiatorem interfici vel perniciosum reipublicae civem, etiamsi non insidietur? Cato Marciam honestene traderit Hortensio: an, Conveniatne res talis bono viro?
 14 De personis iudicatur, sed de rebus contenditur. Decla-

§. 14. *similes*. Tur. Flor. *similibus*. Cfr. supra ad §. 4. ex perverso illo ac stupido accommodationis studio, cui librariorum tanto plus deditos habeas, quo magis interpretandi pruritu erant intacti. — *non tantum dum adolescit profectus*. Nisi omnia me fallunt, vindicandum esse censeo Quinctilianum a vitio redundantiae et frigidae cuiusdam dictionis hic admissae crimine: quod tametsi non nisi exsecatis aliquot membris fieri potest, tamen medelam tentasse iuvabit. Quid enim illud est quod in Tur. et Flor. legitur: *adulescent inventus?* ex quo corrigentis manum finxisse: *adulescet iuventus*, nemini mirum videbitur. Idem exhibent Camp. Alm. Bodl. Andr. nisi quod *adol.* Sed ut totum locum qualis nunc in libris exstat, respuam, mirum quantum animo et amore Quinctiliani impellor. Nam primum eo offendor quod scriptum est: *adulescit profectus*. Scio equidem, *profectus* dici *teneros, firmiores* etc. I, 2, 26. II, 3, 10. scilicet quo *modus* indicetur ex comparatione conspicuus: omnium enim *profectus* inter se *pares* esse nequeunt. At cogites, quid non dico *repugnantiae*, sed *redundantiae* et *otiosi* insit isti locutioni: *profectus adolescit?* Ipsum illud *proficere* nonne est *adolescere?* Neque enim proficientem dicas retrogredi; at qui *progreditur*, idem etiam proficit viribusque adolescit. Deinde quid est quod infra legitur: *quum est consummatus* ac — *clarus?* Qui quaeso ille est *consummatus?* — Nempe supplendum est nomen atque eliciendum ex antecedenti *profectus*, ita ut per Enallagen generis seu notionis *concretum* usurpatum sit pro *abstracto*. At eo hoc certe loco non confugitur nisi contra naturam et ingenium scriptoris: nam in tota quae proxime antecedit oratione ne verbo quidem commemoratur ille quem instituebat vel puer vel adolescens. Nam *profectum* intelligere *consummatum*, id quod vehementer Sarpio et post eum Frotschero et Gernhardio placuit, pariter usus loquendi Quinctiliano sollemnis atque quae vocabulo *profectus* propria est notio vetare videbatur. Etenim artificem et oratorem et professorem *consummatos* dici sermonis ratio patitur; verum quum omnes *profectus* cum conditione dicantur, utpote qui fiant pro virium modulo, consummati ex rationis legibus appellari non possunt; nam *consummatio* ea est, quae ad virtutis qualiscunque speciem perfectam proxime accessisse cogitatur. Vt brevi complectar: *profectus actionis* est vel *actus*; non *operis*; id quod unum *consummari* potest. Itaque *professores* illi *consummati* Institt. I, 9, 3. satis placent, quos commutari iussit Sarpio in: *profectus*. Quae quum ita sint composita, auctores sequendos esse censeo uti alias praestantissimos duces Codd. Tur. et Flor. et locum ita refigendum: *non tantum adolescenti sunt util.* Scilicet quod legebatur *adolescenti*, quum ambigue dictum ab aliquo haberetur, explicatum cogites adiecto: *dum adolescit*; vel etiam illud *dum* ex repetito vel male audito *tantum* enatum credas. Porro quod nunc profertur *pro-*

natione
modo s
miles,
simae,
cent, se
rus. A
facundi
vatur.
qua exe
gestien
rit: sic
rum at
dioribu

fectus,
tae: ca
ditamen
positum
rum f
Liv. 21
effictu
bitum
vero cr
scilicet
quamqu
enlescit
quod et
IX, 4, 5
§. 1
fictioner
et ullis;
lum ha
Suet. Ca
enim ill
28, 90.
§. 1
rum scri
cotidian.
viri clari
edendos
vulgari
auté pug
rere hat
aut ad m
scription
das dep
ad Liv.:
cuiquam
reicias

mationes vero, quales in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad veritatem accommodatae et orationibus similes, non tantum dum adolescit profectus, sunt utilissimae, quae inventionem et disputationem pariter exercent, sed etiam quum est consummatus ac iam in foro clarus. Alitur enim atque enitescit velut pabulo laetiore facundia, et assidua contentionum asperitate fatigata renovatur. Quapropter *historiae* nonnunquam ubertas in ali- 15 qua exercendi stili parte ponenda et *dialogorum* libertate gestiendum. Ne *carmine* quidem ludere contrarium fuerit: sicut athletae, remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, otio et iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoque mihi videtur M. 16

fectus, id merum interpretamentum censeo vocis infra positae: *consummatus*. Adscripsit nescio quis: *profectus*, quod additamentum et perperam scriptum et in alienum locum transpositum novi erroris causam existimes. De confusione literarum *f* et *v* a librariis sexcenties commissa vid. Drakenb. ad Liv. 21, 2, 4. Denique quod est in Tur. et Flor. monstrose effictum *inventus* equidem non absorbum puto a prima manu exhibitum fuisse: *iuveni*. Quod si conceditur fuisse, tunc vel propius vero crediderim verba: *dum adolescit* ab interprete profecta esse, scilicet laborante in coniunctione tam affinium vocabulorum, quamquam *adolecentem hominem* dicere satis tritum erat. — *enitescit*. In duob. Codd. Goth. et Voss. 2. scriptum est: *nitescit*; quod et ipsum in Codd. et edit. permiscetur cum *mitescit*. Quinctil. IX, 4, 5.

§. 15. *epulis*. Videbis innoxiam quandam, immo elegantem fictionem nominum a librariis tentatam: in Tur. et Flor. erat: *et ullis*; inde formarunt: *eduliis*. Bodl. Palatin. Gebh. Vocabulum haud infrequens, praesertim posterioris aevi scriptoribus. Suet. Calig. 40. Sed *otium* et *epulae* optime consociantur; sunt enim illae exquisitorum ciborum. Cfr. Goerenz ad Cic. Fin. II, 28, 90.

§. 16. *quotidiana*. De antiqua huius et affinium vocabulorum scriptura h. l. monemur a Codd. Tur. Flor. in quibus est: *cotidian.* vel *cottid.* quam scribendi rationem nuper revocarunt viri clariss. Frotscher. Beier. Kritzius, in suis quisque libris quos edendos curarunt. Sed nos in re tam lubrica tamque incerta a vulgari usu deflectere noluimus. Iam vero quid sit illud *alia* quod ante *pugna* insertum praebet praeter Codd. supra dictos Almel. quae-rere haud ineptum sit. Duplex rei expediundae data est via; aut ad marginem annotatum putes: *alias*, scilicet quo significetur descriptionis varietas, quae esse soleat vocabuli *quotid.*, aut *alia* credas depravatam ex *illa*, commixtione satis nota. Cfr. Drakenb. ad Liv. 23, 7, 3. Illud levioris aestumes momenti; nam tantam cuiquam librariorum religionem fuisse vix credibile est: hoc ne reiicias velim tanquam offensus iterato pronomine.

Tullius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit. Nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor et durescat articulus et ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur.

- 17 Sed quemadmodum forensibus certaminibus excitatos et quasi militantes reficit ac reparat haec velut sagina dicendi: sic adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri et inanibus se simulacris usque adeo, ut difficilis ab his digressus sit, assuefacere, ne ab illa, in qua prope consenuerint umbra, vera discrimina
- 18 velut quendam solem reformident. Quod accidisse etiam

§. 17. *exercitatos*. al. *excitados*. Camp. praeunt. Codd. Tur. Flor. Guelf. c. Almel. Quid caussae fuerit, quod posteriorum nemo tanta vestigia presserit, vel usus dicendi excusabit, cuius erat: *certaminibus, bello exercitari*, sic Caes. B. G. VIII, 25. *exercitata bellis regio*, vel mos librariorum per compendium scribendi *excitus* i. e. *exercitus*. De qua re consulendus Drakenb. ad Liv. 39, 1, 5. — *in falsa*. Campan. omittit *in*. Vtraque structura Latinorum est, sensu tamen aliquanto diverso. Ita Quinctil. IX, 2, 63. *oculi diversarum aspectu rerum magis detinentur*. Cfr. ad §. 10. — *ut difficilis ab his digressus sit*. Ita locum restituit Frotscher. ex Codd. et editt. vetust. quum antea vulgatum esset: *ut difficile ab his digressos sit assuefacere*; quae quamquam contorta et implicata ratio tantum auctoritatis nacta erat, ut ne Spalding. quidem quidquam mutare conaretur. Sed in optimis libris est: *digressus*; in Guelf. cum quo conspirant Paris. I. 2. 6. et Ambr. 2. cum Goth. et Voss. 2. 3. *difficilis*; in Tur. Flor. Alm. *difficilius*. Negotium modo facessit illud *assuefacere*: quod ut aptaret reliquae orationi, Frotscher. inseruit *se inanibus inter et simulacris*: id enim facile potuisse obliterari. Similem prope conditionem reperies Liv. 29, 32, 5. Zumptio magis arridet: *assuescere*. In Basil. datur *assuefieri* ex coniectura Philandri. *Assuefacere* utri potissimum casui iungatur, tertio an sexto, et saepe decerni non potest propter similitudinem formarum, et ipsa codicum varians scriptura suspicionem auget. Attamen quae nostri loci ratio sit, satis liquet. Iam vero, si licet uni alterive sententiae calculum adiicere, nihil mutandum censeo: *assuefacere* esse putes et *voluntatis et consuetudinis et socordiae* cuiusdam ac *timiditatis*: quam quo acerbius insectetur Quinctil., dicere maluit: *se assuefacere*, cui inest culpae notio, quam *assuescere*, quod fit casu ac fortuito. Ita Cic. Brut. 2. *arma quibus me assuefeceram*. Nostrae explicationi vel maxime favent tum exemplum allatum, tum quae paullo infra efferuntur praecepta.

§. 18. *etiam Porcio*. Quum Codd. Tur. Flor. insertum ostentent *in*, Spalding. bene gnarus librariorum ingenii, coniecit scriptum fuisse a prima manu: *M.* praenomina signum: scilicet id facile intercipi potuit ab antecedenti litera, praesertim quum in

Porcio La
traditur:
tinenti, e
subsellia i
vum fait,
rietibus v
niendi elo
quod non
exercitati
rem sibi:
gat quem
plurimis
tor. Tu

codd. vet.
dus Goere
illud in em
§. 19.
Flor. Guel
in quibus:
mus et se
Ita Flor.
velut Tur.
2. modo
reliquis a
ita contin
§. 20.
acc. Goth
quid sit, r
quod quid
aratorum
det praen
quodque i
cuiusque
est omnia
discerptun
toris. Pr
actis; quo
diendus O
ctoris inge
et Nicol.
Spald. ad
move ista
cantur pug
mibus. Ea
IV, 1, 32.
in utroque
ipsum opp
Cestius. I

Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur: ut quum ei, summam in scholis opinionem obtinenti, causa in foro esset oranda, impense petierit, uti subsellia in basilicam transferrentur. Ita illi coelum novum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Quare iuvenis, qui rationem inveniendi eloquendique a praeceptoribus diligenter acceperit, quod non est infiniti operis, si docere sciant et velint, exercitationem quoque modicam fuerit consecutus: oratorem sibi aliquem, quod apud maiores fieri solebat, deligat quem sequatur, quem imitetur; iudiciis intersit quam plurimis et sit certaminis, cui destinatur, frequens spectator. Tum causas vel easdem, quas agi audierit, stilo et

codd. vett. nomina initialibus literis non distinguebantur. Videntur Goerenz. ad Cic. Fin. IV, 24, 66. Vtunque res accidit, unde illud in emanaverit, in aperto est.

§. 19. *infiniti operis*. Prorsus contrarium dant Codd. Tur. Flor. Guelf. c. Goth. et 3 Voss. et post Camp. editt. Iens. Tarv. in quibus: *finiti*. Nihil morandum: optimum consultorem habemus et sensum auctoris et usum dicendi. Cfr. I, 38. — *velint*. Ita Flor. Alm. acc. Goth. et Voss. 2. Variant Codd. et editt. modo *velut* Tur. Camp. acc. Paris. 1. 6. modo *vel in* Guelf. acc. Ambros. 2. modo *vel* exhibentes Iens. et posterr. ante Basil. Haec cum reliquis ante Obr. acc. Rollin. uno alterove omisso, orationem ita continuat: *sciant et exercitat* etc.

§. 20. *utrimque* al. *utrumque*. Post Codd. Tur. Flor. Guelf. acc. Goth. ex editt. Camp. cum posterr. ante Gryph. Sed quid sit, recte desideratur: itaque *utrimque* locum merito obtinet, quod quid significet ita explicavit Wolff. „*ut sumat personam et accusatoris et defensoris*.“ Cfr. supra I, 22. — *decretorius*. Tacet paene referre in quam monstrosas a librariis vocabulum quodque immutabatur formas, cuius sonum aures vulgi quale sua cuiusque aetate erat, rarius vel primum percipiebant: neque usui est omnia commenta enumerare. In nonn. est *derectorius*; quod discerptum in duas partes effecit: *de rectorius*; inde fictum: *rhetorius*. Praeposuerunt alii *in*; unde mira species exorta: *in rebus actis*; quod exhibent editt. Gryph. Stoer. et al. Postremo audiendus Obr. qui dat: *dextris et laevis*; quod quamvis incerti auctoris ingenium certe prodit. Nostrum tueri Vall. Voss. 2. Goth. et Nicol. Fabrum ad Senec. Controv. Lib. 4. Praef. affirmat Spald. ad h. l. Item apud Senec. Epist. 117. haec leguntur: Remove ista *lusoria* arma, *decretorius* opus est. Eadem Suetonio dicuntur *pugnatoria*. Calig 54. — *orationibus*. Camp. habet: *actionibus*. Eandem vocabulorum confusionem notavit Spalding. ad IV, 1, 32. Cuius quidem loci similis cum nostro intercedit ratio; in utroque enim brevi post subsequitur vocabulum *actio*, quod ipsum opportunitatem *errori* admittendo dedisse crediderim. — *Cestius*. In nominibus propriis librarios alium alio moveri ac per-

ipse componat vel etiam alias, veras modo, et utrimque tractet et quod in gladiatoribus fieri videmus, decretoriis exerceatur, ut fecisse Brutum diximus pro Milone. Melius hoc quam rescribere veteribus orationibus, ut fecit Cestius contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, quum alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione.

21 Citius autem idoneus erit iuuenis, quem praeceptor coegerit in declamando quam simillimum esse veritati et

misceri omnia et supra vidimus et hic locus testatur. In Flor. et edit. Basil. legitur nostrum; in Guelf. *tertius*; Goth. et Ienson. cum posterr. ante Basil. dant: *Sextius*. Reliqui: *Sestius*, in quib. Obr. Sed cuiusnam generis iste fuerit, cui etiam apud alios nomen est *Cestius*, optime nec sine fructu cognoscent tirones ex loco M. Senecae, olim a clariss. Wolfio citato, ex Senec. Controvers. III. Praef. p. 399. edit. Bipont. quem hic repetere non absonum censeo: „Pueri fere aut iuvenes scholas frequentant. Hi non tantum disertissimis viris, sed etiam Ciceroni *Cestium* suum praeferrent, nisi lapides timerent. Quo tamen uno modo possunt, praeferunt: huius enim Declamationes ediscunt; illius Orationes non legunt nisi eas, quibus Cestius rescripsit. Memini me intrare scholas, quum recitaturus esset in *Milonem* Cestius.“ — Id ideo dictum est, ut appareat, quam fuerint mores immutati, quam longe a prisca elegantia et casto dicendi genere aberratum: deinde ut abhorreant adolescentes probi atque ingenui a levitate et inscitia Graeculorum, quales aetas illa tulit, optima quaeque et eloquentiae et cuiusvis virtutis exempla temere ac proterve insectantium. — *satis*. In nonn. editt. est speciosa quaedam forma: *litis*. Camp. Ald. Gryph. al. cfr. Burm. ad h. l. Scil. noxae fuit librariis scriptura Codd. Tur. Flor. Alm. *sitis*: saepenumero enim confusas esse literas *l* et *s* praeter alios docent Bentlej. ad Horat. Sat. II, 7, 82. et Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 3. et 5, 660. Ita ex. c. *signum* et *lignum*, *laevus* et *saevus*.

§. 21. *idoneus*. Vulgo praemittebatur *sic*; quod respuit Spalding. cum Codd. Tur. Flor. Alm. et Camp. Quin etiam in Iens. Tarv. et in nonn. Codd. quibuscum nunc consentiunt Paris. 1. 2. 6. Ambr. 2. exhibetur: *si*, quod uti passim in libris commutatum cum *sic*, cfr. Bentl. ad Horat. III, 24, 5. ita a nostro loco prorsus alienum est. Equidem facile adducor, ut olim scriptum fuisse putem: *hic*, sive pro adverbio sumas, sive pronomem sit; sed illud magis probarem, ut sit: *in hac rerum conditione, ad hunc usum*. Cfr. Goerenz ad Cic. Fin. II, 8, 23. — *aut maxime favorabilia*. Pro *aut*, quod tuentur Campan. et Tur. a sec. m. in plerisque editt. datur *et max.* Sed Spalding. id aspernatus, praetulit *ut* ex Tur. Flor. et Alm. Idem et defenderunt et retinuerunt Frotzsch. et Gernhard. improbavit Zumpt. ad h. l., scilicet adversari sententiae scriptoris. Quae nos impulerint rationes, pluribus exposuimus ad vers. Germ. p. 188. — *obstant*. Ita Spald. ex consensu 3. illorum optimorum Codd. Tur. Flor. Guelf. Quae lectio

IN:
per totas i
me favora
loco posui
sima certi
sio patrum
stimantium

quanto prae
ratur diver
monstrant.
sil. quam qu
toritate Fl
sit lepide di
disciplinae
posset: sed
indignum,
concionum
§. 22.
ubi haecce l
quam ut su
derandum
versa quad
vel peritia
post quam
praeter ali
p. 309. ed
est: anima
Campan. e
tur. Adde
men distin
alam quand
diente ope
mittere ac
lis libris,
et omissa
est in illis
ptura pluri
Tur. et Fl
sunt Frotz
varem, id
ris et ipsa
dam umbra
Quinctil., e
una optima
venez decla
rum de iug
tione prae
tit; deniqu
etiamsi iuv
offensioni e
ibi personae
terias divid.

per totas ire materias: quarum nunc facillima aut maxime favorabilia decerpunt. Obstant huic quod secundo loco posui, fere turba discipulorum et consuetudo classium certis diebus audiendarum: nonnihil etiam persuasio patrum, numerantium potius declamationes quam aestimantium. Sed quod dixi primo ut arbitror libro, nec ²²

quanto praestantior sit vulgata: *obstat*, et rerum quae memorantur diversitas et, nisi fallor, particulae fere singularis ratio demonstrant. — fere. al. *frequens*. Sic omnes libri editt. inde a Basil. quam qui praegressi sunt exc. Ald. nostrum exhibent ex auctoritate Flor. Guelf. et alios. At *Campan.* dat: *fremens*, quod ut sit lepide dictum, vel propterea non ferendum est, quod laxiori disciplinae morem gessisse Quinctilianum haud inepte inde colligi posset: sed quantum id absit ab ingenio tanti doctoris, quam eo indignum, suus quemque sensus edocet. Etenim *fremens* turba concionum esse solebat, cfr. XII, 5. 6. X, 3, 30. non scholarum.

§. 22. *sustinere*. In pauc. editt. *sustineri*. Sed cfr. I, 2, 15. ubi haecce leguntur: Sed neque praeceptor bonus maiore se turba, quam ut *sustinere* eam possit, oneraverit. — Imprimis id considerandum est, quod quantum quis sustineat numerum, non ex universa quadam lege definiri potest, sed ex sua cuiusque vel indole vel peritia vel doctrina. Itaque haud male Spald. coniciebat: num postquam inserendum sit quem. Verum id non adeo opus esse praeter alia evincitur exemplis a Ramshorn. allatis ad §. 155. p. 309. edit. I. — *inanem*. Vulgata lectio: *nimiam*; in Tur. enim est: *animam*, in Flor. *animiam*. Nostram Spalding. revocavit ex Campan. et quod supra X, 3, 2. eodem nomine loquacitas insignitur. Adde quod omnis loquacitas nimia est i. e. vitiosa, a qua tamen distinguas copiosam loquacitatem, VIII, 2, 17. h. e. *inexhaustam* quandam et *indefessam*; et, quod bene observandum, progrediente opere librariorum intentio ac diligentia, si qua fuerat, remittere ac languescere solebat. Vnde haud miraberis, vel in singulis libris, quo celerius ad finem pergerent, a librariis tanto plura et omissa et vitiosa inquinata esse. Itaque non anxie haerendum est in illis scripturis Codd. Tur. et Flor. — *quidam*. Haec scriptura plurimor. Codd. et omnium editt. praeter Spalding. qui ex Tur. et Flor. recepit: *quidem*. Cfr. supra III, 11. Eum secuti sunt Frotzsch. Gernh. A quibus ut dissentirem, et vulgatam servarem, id maxime impulit, quod isti *quidam* et sententia auctoris et ipsa re nihil adversantibus intelligi possunt *doctores quidam umbratiles*, quos discernas a bono praeeptore, quem dixit Quinctil., etenim non eadem omnibus constitit ratio, quamquam una optima esse debuit. Deinde *volunt* Spalding explicat: *iuvenes declamantes* hoc ita voluisse vel potius velle visos esse. Verum de *iuvenibus illis* nec antea disseruit Quinctil. nec cur ex oratione praecedenti eos potissimum arcessamus, idonea ratio suppetit; denique non omnes adolescentes ita velle asseri poterat. Quare etiamsi iuvenes intelligere alicui placeat, tamen *subiectum* omissum offensioni erit: nam ubicunque aliquem aliquid velle contenditur, ibi *personae* praecipua quaedam ratio habeatur necesse est. — *materias divid.* In nonn. datur: *materiam*. Tur. Camp. c. Bodlej.

ille se bonus praeceptor maiore numero quam sustinere possit onerabit: et inanem loquacitatem recidet, ut omnia quae sunt in controversia, non, ut quidam volunt, quae in rerum natura dicantur: et vel longiore potius dierum spatia laxabit dicendi necessitatem vel materias dividere
 23 permittet. Vna enim diligenter effecta plus proderit quam plures inchoatae et quasi degustatae. Propter quod accidit, ut nec suo loco quidque ponatur nec illa, quae prima sunt, servent suam legem: iuvenibus flosculos omnium partium in ea quae sunt dicturi congerentibus: quo fit, ut timentes ne sequentia perdant, priora confundant.

Andr. Alii insertum praebent *sibi*, sed retinent pluralem numerum. Ita Ienson. cum posterr. ante Bad. et nunc Paris. I. An fortasse legendum *ibi?* i. e. *tunc*. Terent. Andr. II, 3, 5. sed si tu negaris ducere, *ibi* omnem culpam in te transferet. Cfr. Ruhnck, ad Ter. Andr. I, 1, 79.

§. 23. *vna enim*. Complures codd. illustrioris familiae Tur. Flor. Guelf. et al. et editt. vett. omittunt has duas voces; Lucat. cum posterr. ante Bad. solum dat: *una*. — *quidque*. Nulla frequentior confusio quam *pronominum*. Ita et h. l. in Tur. et Flor. c. Alm. est *quicquid*; a sec. m. in Tur. *quicquam*; quod Campan. recepit cum editt. ante Gryph. De permutatione horum vocabulorum et quae sit illorum differentia cfr. Interpret. ad Sallust. Cat. V, 3. attamen non ubique tam facilis est diiudicatio quam hic.

De ei
 paritate

Proxim
 accipit

§. I.
 quidem e
 runt Obr
 varietas
 stantia l
 quidem
 nem pos
 ambigua
 ding, pa
 quidem
 statuam
 cantur, l
 tione: qu
 alios doc
 Deinde q
 ea ipsa
 Nonne v
 sueta lo
 necessar
 operi qu
 itaque e
 num, utp
 instituen
 ad cogno
 addito ne
 disciplina
 vero de
 lis est a
 44, 10.
 lateque
 oratoris
 cognition
 leguntur
 numero
 cognition